

1423. id. 17. Maji

Ex Orig. Arch. Reg. Poloniae

13.

3

Nos frater Paulus de Kusdorff Ordinis Beatae Ma-
riae Theutonicorum Magister generalis, promitti-
mus & spondemus bona & sincera fide quod totis
viribus instabimus & curabimus
Quod Reverendissimus in Christo pater & dominus
dominus Johannes Archiepiscopus Rigensis
& Theodoricus Tarpatensis Episcopus, una cum
Civitatibus Rigensis & Tarpatensis concordiam
inter Serenissimos principes & dominos domi-
nos Vladislavum Regem Poloniae & Alexan-
drum alias Wytholdum magnum Ducem Lithua-
niae ex una Nos & ordinem nostrum factam &
celebratam ex alia partibus, Ratam & gratam
habebunt, ipsamque toto tenore inserto literis suis
authenticis in omnibus punctis & articulis
& clausulis sub fide & honore ratificabunt ob-
servabunt & tenebunt inviolabiles & in eorum
praesentibusque infesto Epifaniae proxime
venturo in Civitate Vilneni ad manus Episcopi
Vilnensis vel illorum quos dominus Magnus
dux ad huiusmodi actum faciendum deputabit

Magister vero Allemanni consimiles literas
tradere in Gneweco ipso die Circumcisionis do-
mini proximo omnino sit astrictus. Datum
in Insula prope Wielan Anno Domini mille-
simo Quadringentesimo vigesimo tertio decima
septima mensis Maji sigillo nro presentibus
sub appenso.

Takopia przepisana z originatu

pargaminowey Dnia 15 Julii

Roku 1785. Udota nazawiaue par

gaminowey wini piecye obrzqtes

w niuy na Mapie Czerwoney herb

wyisowny.